

333
 repente eleuans oculos suos vidit
 sanctam Ghertrudim in summitate
 refectorij stantem. Que cum velami-
 ne quo opta erat expellebat de
 domo flammam statim miro modo
 viderunt monasterium de incendio
 liberatum. Quedam religiosa ma-
 trona nomine adella ad monasterium
 uenit et de uirtutibus sancte Gher-
 trudis dubitans cum una dei famu-
 la ibi manente orationem habu-
 it. In festo autem sancte Ghertrudis
 comedentibus cum gratia adione
 sororibus. predicte matrone filius
 paruulus quem delicate diligebat
 huc illucq; iocando discurrens in
 fontem cecidit et tandem quousq;
 sorores de mensa surgerent ibi ia-
 cuit. Una autem de sororibus sup-
 uenit et matrone filium in fontem
 cecidisse ac mortuum esse retulit.
 Tunc illa que tantum de uirtutibus
 sancte Ghertrudis cum matrona
 contenderat exclamauit. Hec tu
 fecisti sancta Ghertrudis. quod mat-
 eius nolebat credere uirtutibus
 tuis: sed obsecro te per dominum
 ut eum resuscitare digneris. Tulit
 ergo infantem et iuxta lectum san-
 cte Ghertrudis posuit. Qui miro
 modo subito cunctis aspicientibus
 surrexit. Omnes autem qui ob re-
 medium anime et corporis ad se
 pulchrum uirginis confluentes
 cum dei amore auxilium querebant
 famam in columas redibant. Pluri-
 mi etiam uinculis constricti eam
 in necessitate sua deprecabantur et
 statim solutis uinculis liberaban-
 tur. Notandum quod circa ymaginem

sancte Ghertrudis solent mures
 et glires depigi: hoc nihil aliud sig-
 nificat nisi quod sanctavit go dyabo-
 lum qui per tales uiles bestias te-
 nebras diligentes designatur su-
 perauerit et quod alios quoscumq; po-
 tuit de tenebris in quibus talia a-
 nimalia ambulare consueuerunt
 ad claritatem eterne lucis per suam
 sanctam vitam et doctrinam reuo-
 care laborauit. De sancto Quirino.

Quito loco a beato Petro
 apostolo sedet Alexander
 qui senatorum maximam
 partem conuertit. ita ut prefectum
 hermem cum uxore et sorore et filiis
 baptizaret. cum mille ducentis quin-
 quaginta senis suis uxoris e-
 orum et filiis. Cum hec autem ad ce-
 ianum peruenissent misit aurelia-
 num comitem ut interficeret om-
 nes christianos. Qui ingressus urbem
 ad suggestionem pontificum templorum
 hermem prefectum urbis in uincula misit
 et semper Alexandrum incarcerationem. Igitur
 huius hermes habetur in uinculis
 apud quirinum tribunum: tribunus
 dicebat. quod mille militibus preerat
 dicit ei tribunus. Que ratio ut uir
 illustris tantum honorem perdere
 equanimiter ferat. Scis hermes
 dixit. Ego prefecturam non perdis-
 disti: mutauit dixit ei Quirinus. Mi-
 nor te prudentem uirum ad tantam
 stultitiam deuenisse: ut credas te
 extra hanc vitam aliquid habi-
 tuum. Hermes dixit. Et ego ante hos
 annos timebam am veram vitam: et istam
 carnalem vitam esse uilem: dicebam quod
 usque Alexander papa me docuit.